


In lite et causa, que vertitur Inter Hernando de Lebade fuentes et eius consortes ex una parte, et hæredes Bachalaurci Joannis martinæ presbyteri defuncti ex altera parte ad maiorem huius cause expeditionem præmitto sequentia ~

- 1 ~ Primum præmitto dispositionem cap. cum æterni. de sentent. et re. Judicat. lib. 6. quia cauetur: q. Judices In sententijs ferendis = præ oculis habeant solum Deum, omisso odio. et favore et premij expectatione stateram In manibus gerentes, et lancis equo libra mine ~
  - 2 ~ Secundo præmitto: q. ad hoc ut recte fiat, quod supradictum est, debet attendi dispositio cap. Judicantem. 30. q. 5., qua cauetur Judicantem cuncta rimari debere, et ordine rerum plena Inquisitione discutere. ~
  - 3 ~ Tertio præmitto q. In hoc processu de duobus agitur; que à Jure prohibita sunt. Primum q. agitur de statu defunctorum ( hoc est de statu dicti bachalaurci defuncti ) contra textus omnes In ti. C. si Deus vel acusator mortuus fuerit. et alia Jura adducta per siman. de cathol. Instit. titulo. 18. de defunctis n. 2. ~ // Secundum q. agitur contra hæredes ex delicto dicti defuncti contra tex. In rubro et nigro. C. ne ex delictis defunctorum hæredes conveniantur ~
- Ex quo correlarie sequitur, q. cum hic agatur de statu predicti defuncti, et contra eius hæredes ex eius delicto, q. non solum



agunt sine actione, sed etiam contra Jura constitutionum. Sed si  
agentes sine actione audiendi, nec admittendi sunt ut In. l.  
quotiens. §. Idem si temporali. ff. de administrat. et pericul.  
tutor. l. a fortiori, qui contra Jura expressa agunt, et Ita  
sententiatum fuit per Dominum Predecessorem. D. V. fol. 160.  
Sed tamen dicti actores curauerunt, ut dictus processus proce-  
deret ad Vltiora, cum pro curatore, tamq[ue] domino Instantie.  
et q[ui] dicti hoeredes compelerentur ad Idem, ut patet In scripto  
fol. 167., et In scripto fol. 167. Quapropter fuit pronuntiatum  
q[ue] causa prosequeretur fol. 168. Que sententia fuit nullius mo-  
menti, quia contra Jura constitutionum, ut vantius In-  
tractatu de nullitate, cap. de nullitate ex defectu processus n. 118.  
Nec facit ad rem, q[ui] dictus procurator et hoeredes non appel-  
lauerunt de dicta sententia, quia etiam si no appelletur non tran-  
sit In rem Judicatam, t[er]m. In. l. si cum Inter te, et In. l.  
coerta ratione. C. quando prouocare non est necesse. et expresse  
asserit Vantius. dicto tractatu de nullitate cap. quot, et quibus  
modis nullit. n. 38. ~

4 ~ Quarto premitto q[ui] cum causa principalis queeelle Jam sit extincta  
q[ui] super Incidenti (hoc est) si son christianos (viesos, o. no) non  
potest pronuntiar. Jura adducit Vantius vobis supra proxime  
n. 40. ~ Cum destructo principali, corruat accessorium. l. si quis  
§. si mandato ff. de solutio. et ibi Bal. n. 2. per consequens non  
possit subsistere sine suo antecedenti necessario. Quia qui vult  
consequens fatetur antecedens necessarium. l. Illud. ff. de acqui.



hæred. l. postq̄ liti. C. de pactis. Roman. In l. fin. C. de pact.  
n.º 42. In fine, et late euerar. In suis topicis legalibus cap.  
a concessione consequentis ad concessionem antecedentis. n.º 3.  
versi. secundo argumentum. et quintilia. mandos. In reg. no.  
cancellarie q. 1. n.º 13. ~

5. - Quinto premitto, q̄ totus iste processus est nullus, quia non fuit  
seruata forma. l. diffamari. C. de Ingeniis et manumissis,  
de quo de effectu late euerar. In suis topicis legalibus. cap. ~~100~~  
de effectu processus p̄ totum formæ. et bantiq. d. nat. c. ex de,  
fatu pro assus. ~~et totum~~  
In causa Principali ~

His Itaq̄ premissis deuenio ad causam principalem, que In accusa-  
tione continet dos cosas ~ La una, que los Injurio, Er haue-  
r dado querrela dellos por caso de Corte ante los Alcaldes ~ La otra  
que los andaua disfamando, e Injurandolos extrajudicialmente ~  
y concluye que se desdiga, y sea condenado en otras penas extra-  
ordinarias, declarando (si necessario es) a los autores por christia-  
nos Viejos de limpia casta, y generacion ~ *ut videre est In*  
*scripto fol. 97.* ~

~ Sed tamen ninguna de las dichas dos cosas ~~no~~ estan prouadas, Porque  
el testimonio de la dicha querrela esta en el processo, y en el no  
consta de la Injuria, Pues no ha de mas de referir la causa, porq̄  
se Injuriazon los autores, prout late aduerto In scripto fol. 475.  
~ Y aunque presentaron mucho numero de testigos, para prouar la  
segunda parte, de que los andaua disfamando ~ y para prouar que  
eran christianos viejos, y que por Catalina de Fuentes hija de  
Juana Hernandez no eran moriscos, no lo prouaron ~ lo qual  
se prouea desta manera ~ La Raza de moriscos que se les opone




es por Juana hernandez visabuella de los autores, madre de Catalina de Fuentes su abuela ~ y ningun testigo de todos dice de donde, ni de que parentela y familia fuese esta Juana hernandez ni lo pudieron decir, Por que todos sus Vestigos son naturales de Salteras, y Juana hernandez y Catalina de Fuentes no fueron naturales de aquel pueblo, y asi no pudieron decir de que generacion fuesen ~ et In qualitatibus, que nobis non Insunt a natura, qualitas non presumitur, nisi probetur. l. non Ignorat. C. qui accusare non possunt. vbi. dd. et glo. <sup>in c. si forte. de electio. lib. v. scientie. tradunt doctores in c. si. de presumptio. et dd. in et in l. sivezo. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisfac. cogant. Sed cum post aduentum christi Redemptoris nostri. sint quing- generationes ~ (christiani, Iudei, heretici, mahometani, et gentiles) ut est notorium, quilibet tenetur probare ex qua harum generationum procedat, et Testes aliorum Ignorant generationem Illius Juane hernandez, nihil probant, quia Illud nescimus, cuius principia Ignoramus secundum Philosophum lib. 2. physicorum cap. 3. et In alijs multis locis, et In l. 1. ff. de origine Jur. ~</sup>

Item qd predicti Testes nihil aliud testari potuerunt, nisi Illud, quod aliores voluerunt propter eorum potentiam cum Jurisdictione, et multitudine familie, et diuitiarum, prout Ipsi aliores testantur In sua querella fol. 1. et In accusat. fol. 99. et In suo Interrogatorio arts. 5. fol. 222. et metus Juste Imprimatur, quando adest potentia, ut late adduco In meo tractatu de his que vi. met. ve cau. cap. 5. per totum ~ Intantum qd sola Inimicitia hominis potentis Inducit Justum metum, ut adduco In dicto meo tractatu cap. 2. §. 6. n. 13. a fortiori Inimicitia tante, et tam propagate familie, et



actores testantur quod aduerto In dicto scripto fol. 448.  
et In scripto fol. 456.

Nec facit ad rem q testes multi ex parte heredum protu-  
-lent Testimonium In fauorem actorum Quia etiam doctores  
teneant communiter, q testes producti ab aliquo probant  
contra illum, ut adducit Anton. Gab. Rom. In suis  
com. conclusio. lib. 1. tit. de test. conclusio. 1. n. 13.  
et seq. Tamem Regia lex nostri Regni. ~~41. tit. 16.~~ par. 3.  
expresse disponit contrarium, que etiam si non esset lex,  
nec legis haberet auctoritatem, eius ratio vincit com-  
-munem opinionem. Nam quis est tam ineptus q pro-  
-ducat testes contra se, nisi deceptus ab ipsis, et tandem  
Idem metus operatus est In eis sicut In presentatis ab  
aduersarijs // maxime cum ipsi actores In multitudinem  
circuibant testes dictorum heredum tempore examinis,  
quod Inducit Iustum metum, sicut Infertur Iudici  
quando aliquis accedit ad Iudicium multitudine com-  
-mittatorum, ut adduco In dicto meo tractatu cap. 2. §. 7. n. 14.  
Et saltabant minas flagellorum ac gallearum aduersus pre-  
-dictos testes. Quapropter heres conquisitus est In scripto  
fol. 202. et mandatum fuit datum ad Incarcerandum  
predictum actorem. et q solus vnus dictorum actorum asis-  
-teret ad cognoscendos testes, ut patet fol. 206. De quibus  
minis dixi In dicto meo tractatu cap. 2. §. 6. n. 39.  
Item predicti testes aduersariorum patiuntur repulsas po-  
-sitas a dictis heredibus In scripto fol. 456. ut probatum est



fol. 488. cum seqq. Et sic nullam fidem faciunt  
Item testes recepti ad perpetuam rei memoriam nihil pro-  
bant, quia etiam Ipsi Ignorant nationem dictae Joane  
hernandes ~ Et quia contra illos militat alia que ale-  
gavi Indulto scripto fol. 445. ~

**Ultimo** quia dicti hoeredes probaverunt dictam Joannam  
hernandes esse ex generatione Turcarum per multos  
testes, quos Ipsi adduxerunt, ultra eos, quos produxit  
Ipsa bachalaureus In santingo posito fol. 178. qui de  
auditu testati sunt cum publica voce, et fama, et cum  
multis coniecturis, qui In antiquis plene probant, ut  
late et bene Anton. gab. Roma. Indultis comunibus  
conclusio. lib. 1. tit. de testibus conclusio. 3. per totam.

Item Dominatio vna ex officio debet vocare al Jurado  
Juan de Lugo, ut clare deponat per textu In. c. cum clamor  
validus de testibus ad effectum secundi premissi ~

Item non militat contra testes dictorum hoeredum repulse apo-  
site per dictos actores. quia non sunt probate, et quia  
Joseph de orellana ab eis est liberatus per testes adductos In ore  
honore per dictos hoeredes fol. 484. et per eius reiteratione  
que est fol. 593. ~ <sup>et per istam obtinuit, que cadit in facto pro</sup> Et nicolas alonso fuit repetitus ad In-  
stantiam actorum ut patet fol. 572. ubi testatur qd actores  
eductis gladijs ei minas Intulerunt, qui fuit timor cadens  
In constantem virum, ut In. c. 1. de his que vi. maxime  
cum sit senex et Infirmus, In quo sufficit quilibet metus



ut adduco In dicto meo tractatu cap. 2. §. 4. n<sup>o</sup>. 10. et  
 n<sup>o</sup>. 11. ~ et de hoc metu sufficit eius attestatio con-  
 tra minantes, sicut sufficit dictum testis contra eum  
 qui corrumpere voluit, ut ad. quos adducit Anton.  
 gab. Roman. In dictis suis com. conclusio, lib. 1. tit.  
 de testib. conclusio. 1. versi. quinto Limitari n<sup>o</sup>. 23.  
 ~ Item quia Isti Testes Neoz sunt affirmantes. et testes  
 alioz sunt negantes // Isti enim firmat actores esse de  
 genere Turcar, Illi negant esse de tali genere, et In  
 Jure plus creditur duobus affirmantibus, q<sup>m</sup> mille negan-  
 tibus, prout glo. In. l. diem proferre. §. si plures. ff.  
 de arbitris v. Inde queritur. et passim doctores.  
 ~ Ex quibus omnibus dico q<sup>d</sup> quia In hoc negotio non possit  
 ferri sententia, neq<sup>ue</sup> absolutoria, neq<sup>ue</sup> condemnatoria  
 ob defectum mortis dicti bachalarii. Quia destructo  
 Fundamento, deficit Fundatum, et qualitas omne sub-  
 iecto esse non possit ut tex. In. l. si servum. §. si modus  
 ff. de alio. empt. ibi: negotium estimari. ex quibus verbis  
 Id notat Ibi Paul. de castro n<sup>o</sup>. 3. // et per ea que dicta supra In  
 4. premissis // q<sup>d</sup> debet ferri sententia absolutoria  
 ab observatione Judicij // et heredes non sunt condem-  
 nandi ad expensas ultra Interlocutoriam latam super  
 non prosequendo litem ~~relinquendo~~ de folio 160 quia Illud quod  
 ultra factum est fuit ad Instantiam aliorum ut supra



retuli In corollario Tertij premissi et sic sentio saluo  
in omnibus correctione dominationis vestre

Ellicenuado  
Mogolemb

Informacion de 22 de  
1553 que se hizo del banquero  
Juan miquez de fuenro  
que se delecta de suer  
opus con otros

